

53 april 1970

Notitiae

Sacra Congregatio pro Cultu Divino



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Notitiae

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica edenda cura
SACRAE CONGREGATIONIS PRO CULTU DIVINO

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, prae-
sertim e Conferentiis Episcopalis vel Commissionibus liturgicis natio-
nalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.
Directio: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Cultu
divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta,
his verbis inscripta: NOTITIAE, *Città del Vaticano*

*Administratio autem residet apud Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano*

Pro commentariis sunt in annum solvendae:
in Italia lit. 2.000 - extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)
singuli fasciculi veneunt: lit. 200 (\$ 0,35)
Pro annis elapsis
singula volumina: lit. 4.000 (\$ 7)
id. linteo contexta: lit. 5.000 (\$ 8,40)
singuli fasciculi: lit. 400 (\$ 0,70)

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii
mittere potest etiam via aerea, charta indica impressos

Libreria Editrice Vaticana - C.c.p. N. 1-16722

Typis Polyglottis Vaticanis

SUMMARIUM

Acta Congregationis

« Ordo Professionis religiosae »	
Decretum	113
Praenotanda	114
Commentarium	118

Summarium Decretorum

I. Decreta quibus deliberationes Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares confirmantur	127
II. Decreta quibus interpretationes populares proprietatum religiosorum confirmantur	132
III. Decreta circa ritus et calendaria particularia	132
Lectiones patristicae et agiographicae Breviarii	134

Studia

« Pro vobis et pro multis effundetur » (M. Zerwick)	138
De Cena Domini (H. Ashworth)	141

Glossae

« The Liturgical Conference »	150
A propos d'une « Note » sur le droit liturgique du mariage .	151

SOMMAIRE

Actes de la Congrégation (pp. 113-133)

Le 2 février 1970, fête de la Présentation du Seigneur, la S. Congrégation pour le Culte divin a promulgué par *Décret* le nouvel *Ordo Professionis religiosae*. Nous reproduisons ce Décret et les *Praenotanda*, qui exposent les principes de caractère théologique et indiquent les normes liturgiques et pastorales à observer dans la célébration des rites pour les divers moments de la vie religieuse. L'*Ordo Professionis* comporte deux parties: l'une pour les religieux, l'autre pour les religieuses. Chaque partie comprend cinq chapitres: quatre se réfèrent au noviciat, à la profession temporaire, à la profession perpétuelle et au renouvellement des vœux; le dernier chapitre offre un répertoire de textes bibliques et eucologiques, au choix. L'*Ordo* comprend aussi un rite des promesses et un Appendice avec divers formulaires. Ces documents sont commentés par le responsable du groupe XX bis, qui a été chargé de préparer le nouvel *Ordo*.

Lectures patristiques et hagiographiques du Bréviaire (pp. 134-137). La Commission spéciale pour l'achèvement de la réforme liturgique a publié le volume « *Lectiones Patrum et Lectiones hagiographicae pro Officio divino* », destiné aux experts de cette Commission. Nous rendons public le texte d'introduction au volume: il traite du chemin parcouru en ce travail, des principes suivis pour le choix, de l'ordonnance des lectures et enfin de la lecture hagiographique.

Etudes ,(pp. 138-149)

Pro vobis et pro multis effundetur. Dans un article d'exégèse, le P. Max Zerwick, de l'Institut biblique pontifical, approfondit la question du changement que peuvent subir les paroles consacratoires du vin à la Messe, dans les traductions en langue vivante.

De Cena Domini. Une étude du P. Henry Ashworth expose, avec de nombreux documents patristiques, la signification de « la Cène du Seigneur » dans l'Eglise ancienne et telle qu'on la trouve dans le n. 7 de la nouvelle *Institutio generalis Missalis romani*.

SUMARIO

Actos de la Congregación (pp. 113-133)

Con fecha de 2 de febrero de 1970, fiesta de la Presentación del Señor, la Congregación del Culto divino emanó un *Decreto*, promulgando el nuevo *Ordo Professionis religiosae*. Con el Decreto de promulgación, se encuentran los *Praenotanda*, que explican los principios de carácter teológico e indican las normas litúrgicas y pastorales que hay que observar en la celebración de los ritos de los diversos momentos de la vida religiosa. El *Ordo Professionis* consta de dos partes: una para los Religiosos, otra para las Religiosas. Cada parte comprende cinco capítulos; cuatro de ellos se refieren al noviciado, a la profesión temporal y perpetua y a la renovación de los votos; en el último se ofrecen un repertorio de textos bíblicos y eucológicos, para poder escoger según la oportunidad. El ordo incluye también el *Ritus Professionis* y un Apéndice con varios formularios. Los documentos van explicados por un *Commentarium* del Relator del Grupo XX bis, que es quien se ha encargado de la preparación del nuevo *Ordo*.

Lecturas patrísticas y hagiográficas del Breviario. (pp. 134-137). La Comisión especial para completar la reforma litúrgica, ha publicado el volumen: *Lectiones Patrum et Lectiones hagiographicae pro Officio divino*, destinado a los «peritos» de la misma Comisión. Se da a conocer el texto introductorio del volumen, que trata del camino recorrido en este trabajo, de los principios que han inspirado la selección de los textos, del orden de las lecturas y de la lectura hagiográfica.

Estudios (pp. 138-149)

Pro vobis et pro multis effundetur. El P. Max Zerwick, del Pont. Instituto Bíblico, en un artículo exegético, estudia el problema del cambio, en las traducciones en las lenguas nacionales, de algunas palabras de la consagración del vino en la Misa.

De Cena Domini. Un estudio del P. Enrico Ashworth explica, con abundante documentación patrística, el significado de la expresión «Cena del Señor» en la Iglesia antigua, que también se encuentra en el n.º 7 de la nueva *Institutio generalis Missalis romani*.

SUMMARY

Activity of the Congregation (pp. 113-133)

On 2 February, 1970, feast of the Presentation of Our Lord, the S. Congregation for Divine Worship promulgated by Decree the new *Ordo Professionis religiosae*. We print this Decree together with the *Praenotanda* which expound principles of a theological character and which outline liturgical and practical norms to be observed in the celebration of the rites at various stages in the religious life. The *Ordo Professionis* has two parts: the first for male religious, the second for female religious. Each part consists of five chapters: four refer to the novitiate, to temporary profession, to perpetual profession, and the renewing of vows; the last chapter offers a choice of biblical texts and prayer formulas. The *Ordo* also comprises a rite for promises and an Appendix with various texts. A commentary on the documents is given by the head of the study group responsible for preparing the new *Ordo*.

Patristic and hagiographical readings of the Breviary (pp. 134-137). The special Commission for the execution of the liturgical reform has published the volume "Lectiones Patrum et Lectiones hagiographicae pro Officio Divino", which was intended for the experts of this Commission. We publish the introduction: it traces the path followed by the reform, principles guiding the choice of texts, the arrangement of the biblical readings and hagiographical readings.

Studia (pp. 138-149)

Pro vobis et pro multis effundetur. In an article of exegesis, Rev. Max Zerwick of the Pontifical Biblical Institute examines the question of vernacular translations of the words of consecration over the wine at Mass.

De Cena Domini. A study by Dom Henry Ashworth, based on Patristic sources, examines the meaning of the « Lord's Supper » in the ancient Church and also in n. 7 of the new *Institutio generalis Missalis romani*.

ZUSAMMENFASSUNG

Akten der Kongregationen (S. 113-133)

Mit dem Datum vom 2. Februar 1970, dem Fest der Präsentation des Herrn, hat die Kongregation für den Gottesdienst mit einem entsprechenden Dekret den neuen *Ordo Professionis Religiosae* veröffentlicht.

Die neue Ordnung für die Ordensprofess. Zusammen mit dem Dekret der Veröffentlichung kommen Berichte und *Praenotanda*, welche die Prinzipien des theologischen Charakters erläutern und die liturgischen und pastoralen Normen angeben, die bei der Zelebration der Riten für die verschiedenen Momente des Ordenslebens zu beachten sind.

Der *Ordo Professionis* enthält 2 Teile: den einen für die Ordensmänner, den andern für die Ordensfrauen. Jeder Teil umfasst 5 Kapitel, von denen vier sich beziehen auf das Noviziat, auf die zeitliche Profess, auf die Ewige Profess und auf die Erneuerung der Gelübde; während das letzte ein Repertorium der biblischen und euhologischen Texte bietet, die je nach Opportunität anzuwenden sind.

Der *Ordo* umfasst auch den Ritus des Versprechens *Promissio* (Ritus Promissionis) und einen Anhang mit verschiedenen Formeln (Formularien).

Die Dokumente sind erläutert durch einen Kommentar (*Commentarium*) des Relators der Gruppe XX bis, der die Vorbereitung des neuen *Ordo* besorgt hat.

Patristische und hagiographische Lektionen des Breviers (S. 134-137). Die besondere Kommission zur Vervollständigung der Liturgie-Reform hat den Band veröffentlicht: « *Lectiones Patrum et lectiones hagiographicae pro Officio divino* ».

Er ist bestimmt für die « *Periti* » dieser Kommission. Er bietet den Text der Einführung in den Band, der über den Fortgang der Arbeit berichtet, die Prinzipien, nach denen die Ausgabe erfolgte und die Ordnung der Lektionen sowie der hagiographischen Lektionen.

Studien (S. 138-149)

Pro vobis et pro multis effundetur. P. Max Zerwick vom Päpstl. Bibel-institut, untersucht in einem exegetischen Artikel die Frage der Änderung der Übersetzung der Volkssprache bei einigen Worten, die sich auf die Konsekration des Weines in der Messe beziehen.

De Cena Domini. Eine Studie von P. Heinrich Ashworth erläutert mit einer Fülle von patristischen Dokumenten die Bedeutung der « *Cena Domini* » in der antiken Kirche und wie sie wiederkehrt in N. 7 des neuen *Institutio generalis Missalis romani*.

Acta Congregationis

ORDO PROFESSIONIS RELIGIOSÆ

Prot. n. 200/70

DECRETUM

Professionis ritus, quo religiosi, consilia evangelica amplectentes, Deo se devovent, instauratus est ad mentem Constitutionis de sacra liturgia. Vita Deo sacrata religionis vinculis, magno in honore semper fuit apud Ecclesiam, quæ professionem religiosam usque a primis sæculis sacris ritibus exornavit. Concilii Vaticanii II Patres in Constitutione de sacra liturgia præceperunt ut conficeretur ritus professionis religiosæ et renovationis votorum, qui ad maiorem unitatem, sobrietatem dignitatemque conferret et ab iis qui professionem vel votorum renovationem intra Missam peragerent, salvo iure particulari, assumeretur (art. 80).

Cui præcepto obsecutum, Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra liturgia hunc Ordinem professionis religiosæ apparavit, quem Summus Pontifex Paulus VI Auctoritate Sua Apostolica approbavit, Rituali Romano inseruit evulgarique iussit. Quapropter hæc Sacra Congregatio pro Cultu Divino, de speciali mandato eiusdem Summi Pontificis illum promulgat.

Conferentiæ Episcopales, si casus fert per Commissiones Mixtas plurium Nationum eiusdem linguae, collatis consiliis cum Cœtibus Superiorum, qui in singulis Nationibus religiosorum incepta ordinant atque componunt, curent ut huius ritus interpretationes populares diligenter fiant.

Instituta religiosa autem, cum professionis ritus uniuscuiusque familiæ religiosæ naturam atque spiritum exprimere debeat, hunc Ordinem ita aptent ut indolem suam perspicue ostendat et ad hanc Sacram Congregationem confirmandum quam primum mittant.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 2 februarii 1970, in festo Præsentationis Domini.

BENNO Card. GUT
Praefectus

A Bugnini
a Secretis

PRÆNOTANDA

I. DE PROFESSIONIS RELIGIOSÆ NATURA ET VI

1. Sacris religionis vinculis, multi fideles, a Deo vocati, Domini servitio hominumque bono consecrantur et Christum Iesum pressius sequi nituntur, evangelica observantes consilia.¹ Quo fit ut Baptismi gratia uberiores in eis afferat fructus.²

2. Pia Mater Ecclesia magno in honore semper habuit vitam religiosam quæ, Spiritu Sancto duce, sæculorum decursu varias induit formas;³ ad dignitatem status canonici eam erexit; complures familiias religiosas probavit, quas prudentibus custodit legibus.⁴

Ipsa enim Ecclesia profitentium vota suscipit, prece sua publica eis auxilia et gratiam a Deo impetrat, eos Deo commendat eisque spiritualem benedictionem impertitur, oblationem eorum Sacrificio eucharistico adsocians.⁵

II. DE RITIBUS QUI VITÆ RELIGIOSÆ GRADUS COMITANTUR

3. Gradus per quos religiosi Deo et Ecclesiæ se devovent, sunt: novitiatus, prima professio vel alia sacra ligamina, professio perpetua. Quibus, secundum Institutorum constitutiones, adnectitur renovatio votorum.

4. Novitiatus, a quo vita religiosa incipit,⁶ experimenti tempus est tum novitio cum eius familiæ religiosæ. Initio novitiatus ritum peragere præstat, quo Dei gratia impetretur ut eius finis pecularius attingatur. Hic ritus, sua ipsius natura, sobrius esse debet atque expeditus, sodalium cœtui reservatus. Fieri autem debet extra Missam.

¹ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 43; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectæ caritatis*, n. 1.

² Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 43.

³ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 43; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectæ caritatis*, n. 1.

⁴ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 45; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectæ caritatis*, n. 1.

⁵ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 45.

⁶ Cf. S. Congr. pro Religiosis et Institutis saecularibus, *Instructio Renovationis causam*, 6 ianuarii 1969, n. 13.

5. Sequitur prima professio, qua novitus votis temporalibus coram Deo et Ecclesia se consilia evangelica secuturum promittit. Votorum temporalium emissio fieri potest intra Missam, nulla tamen peculiari sollemnitate. Primæ professionis ritus cum aliorum vitæ religiosæ insignium tum habitus traditionem providet, secundum antiquissimam consuetudinem habitus tradendi expleto probationis tempore: habitus enim signum est consecrationis.⁷

Sicubi promissio vel alias generis vincula professionis locum tenent,⁸ ritus opportune fit in congrua actione liturgica veluti in liturgia verbi aut in hora divini Officii, Laudibus et Vesperis præsentim aut, si adiuncta expostulant, in ipso Sacrificio eucharistico.

6. Legitimo temporis spatio exacto, emittitur professio perpetua, qua religiosus Dei et Ecclesiæ servitio in perpetuum mancipatur. Professione autem perpetua repræsentatur Christus cum sponsa Ecclesia indissolubili vinculo coniunctus.⁹

Professionis perpetuæ ritus convenienti sollemnitate, sodalium religiosorum populi concursu intra Missam peropportune persolvitur.¹⁰ Hæ sunt eius partes:

a) Professurorum appellatio aut postulatio, quæ tamen pro opportunitate omitti potest.

b) Homilia seu allocutio, qua populus et professuri de vitæ religiosæ bono admonentur.

c) Interrogationes, quibus Celebrans aut Superior ex professuris quærerit num ad Deo se devovendos et perfectam sectandam caritatem, secundum regulam suæ familiæ religiosæ, sint parati.

d) Supplicatio litanica, qua oratio ad Deum Patrem dirigitur et sanctissimæ Virginis Mariæ omniumque Sanctorum intercessio exquiritur.

e) Professionis emissio, quæ fit coram Ecclesia, legitimo Instituti Superiore, testibus populoque.

f) Sollemnitas benedictio seu consecratio professorum, qua Mater Ecclesia professionem religiosam consecratione liturgica confirmat, Pa-

⁷ Cf. Conc. Vat. II, Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 17.

⁸ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 44; S. Congr. pro Religiosis et Institutis saecularibus, Instructio *Renovationis causam*, 6 ianuarii 1969, nn. 2, 7.

⁹ Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 44.

¹⁰ Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 80.

trem cælestem exorans ut Sancti Spiritus dona super professos abundanter effundat.

g) Professionis insignium traditio, si familiæ religiosæ consuetudo expostulat, quibus perpetua Deo dicatio exterius significatur.

7. Apud quasdam familias religiosas, statutis temporibus, secundum constitutiones vota renovantur.

Hæc renovatio intra Missam fieri potest, absque tamen sollemnitate, præsertim si vota sæpius vel quotannis renovantur.

Ad illam tantum renovationem votorum, cui iuris vis inest, ritus liturgicus pertinet. Tamen, apud nonnullas familias religiosas mos invaluit vota renovandi pietatis causa. Multis modis hoc peragi potest; verum haud commendanda est consuetudo intra Missam publice agendi quod privatæ devotionis est. Si autem opportunum videtur vota publice renovare peculiaribus diebus anniversariis, exempli gratia xxv vel L anno religionis, adhiberi potest ritus renovationis votorum, aptatis aptandis.

8. Hi ritus, cum ali alia sit indoles, suam quisque celebrationem requirunt ideoque rituum coacervatio in eadem actione liturgica omnino vitanda est.

III. DE MISSA IN RITU PROFESSIONIS RELIGIOSÆ ADHIBENDA

9. Quoties professio religiosa, perpetua præsertim, intra Missam celebratur, convenienter dicitur una ex Missis ritualibus « in die professionis religiosorum », quæ sunt in Missali Romano aut in Propriis Missarum legitime probatis. Occurrente vero sollemnitate vel domini-
nica temporis Adventus, Quadragesimæ, Paschæ dicitur Missa de die, servatis, pro opportunitate, formulis propriis in prece eucharistica et in benedictione finali.

10. Cum autem liturgia verbi celebrationi professionis aptata magnam vim habeat ad vitæ religiosæ naturam et munera illustranda, quando Missa « in die professionis religiosorum » prohibetur, unam lectionem sumere licet ex iis quæ in peculiari lectionario recensentur; præterquam in Triduo sacro, in sollemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes et Ss.mi Corporis et Sanguinis Christi vel in aliis sollemnitatibus de præcepto servandis.

11. Ad Missam ritualem « in die professionis religiosorum » celebrandam, sacræ vestes coloris albi adhibentur.

IV. DE APTATIONIBUS QUÆ SINGULIS INSTITUTIS COMPETUNT

12. Normæ ad initiationis ritum peragendum (nn. 1-13) obligatoriæ non sunt, nisi contrarium aperte dicatur (ex. gr. de ritu semper extra Missam persolvendo, n. 2) aut res ad intimam ritus naturam pertineat (ex. gr. norma ut ritus sit simplex atque expeditus, n. 3).

13. Ritibus professionis temporalis, professionis perpetuæ, renovationis votorum uti debent omnes qui professionem religiosam intra Missam emittunt vel renovant, nisi iure particulari fruantur.¹¹

14. Præstat tamen ut familiæ religiosæ ritum convenienter aptent, quo uniuscuiusque Instituti naturam et spiritum melius referat ac reddat. Ad hoc singulis Institutis facultas datur ritum aptandi, actis ab Apostolica Sede recognoscendis.

In professionis ritu aptando hæc præsertim serventur:

a) Ritus collocetur immediate post evangelium.

b) Partium distributio minime perturbetur. Nihil vero obstat quominus quædam partes omittantur vel aliae similis naturæ in earum locum substituantur.

c) Discrimen liturgicum inter professionem perpetuam et professionem temporalem vel renovatam accurate servetur, nullam alterius peculiarem partem in alteram inducendo.

d) Ut suo loco dicitur, multæ formulæ ritus professionis commutari possunt, immo debent ut natura et spiritus Instituti ex illis emineat. Cum Rituale Romanum plures exhibet formulas ad libitum, Ritualia particularia possunt alias formulas eiusdem generis adipisci.

15. Quoniam professio « coram sanctissimo Sacramento » ante ipsam Communionem cum recto liturgiæ sensu minus congruit, hic ritus prohibetur quominus posthac a novis familiis religiosis assumatur. Institutis autem quæ, iure particulari, eum adhibent suadetur ut eo uti desinant.

Item religiosi omnes qui particulari ritu utuntur, admonentur ut, sepositis iis quæ principiis instauratæ liturgiæ aperte contradicunt, purioribus liturgiæ formis adhæreant easque sectentur. Hac ratione sobrietas illa obtinebitur necnon dignitas et maior unitas hac in re tantopere commendatæ.¹²

¹¹ Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 80.

¹² Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 80.

COMMENTARIUM

Ordo professionis religiosae, qui die 2 februarii 1970, in festo Praesentationis Domini, a S. Congregatione pro Cultu divino promulgatus est, complectitur nonnulla Praenotanda, Ordinem Professionis, Ritus Promissionis, Appendicem.

PRÆNOTANDA (= Pr)

Praenotanda breviter illustrant quae sit natura et vis vitae religiosae (1-2); per quos gradus religiosi Deo et Ecclesiae servitio se devoteant (3-8); quae Missa adhibenda sit in ritu professionis religiosae (9-11); qua denique ratione singula Instituta ritus sibi aptare possint vel debeant (12-15).

ORDO PROFESSIONIS (= OP)

Ordo professionis ex duabus partibus constat: altera Religiosorum, altera Religiosarum ritibus dicata; utraque in quinque capita dividitur, ex quibus quattuor ad praecipua vitae religiosae momenta pertinent, quae sunt initiatio (cap. I), professio temporalis (cap. II), professio perpetua (cap. III), renovatio votorum (cap. IV); quintum autem caput textus biblicos et preces pro opportunitate adhibendas praebet.

I. INITIATIO VITAE RELIGIOSAE

Ritus quo, apud omnes fere familias religiosas, sive fratrum sive sororum, novitiatus tempus incipit, cum habitus religionis in eo traderetur, « vestitio » vulgo appellabatur. Nostra autem aetate, viri vitae religiosae periti, consensu S. Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus, censuerunt traditionem habitus, quod signum est consecrationis,¹ ad professionis ritum pertinere; quae opinio non solum cum antiquissima consuetudine habitus in ritu professionis tradendi convenit, sed melius spectat res et adiuncta nostrorum temporum, quibus opportunum videtur iuvenes exteriore consecrationis signo matrius non destringi. Itaque, in novo *Ordine*, habitus traditio ad professionem differtur et ritus quo novitiatus incipit, « initiatio vitae religiosae » recte appellatur.

¹ Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis*, n. 17.

Qui ritus maxima sobrietate peragendus est (cf. Pr. 4; OP I, 3): initium enim facit temporis experimenti tum novitio cum eius familiae religiosae (cf. Pr. 4). Ut inter omnes constat, superioribus aetatibus, ritus initiationis ampliore apparatu quam ipsius professionis perpetuae ritus interdum celebrabatur. Quae consuetudo minime rei congruens ideoque commutanda visa est. Itaque in novo *Ordine professionis*, initiatio vitae religiosae in celebratione admodum simplici atque expedita, coetui religiosorum reservata, peragitur (cf. OP I, 3), et formam habet sacrae verbi Dei celebrationis.

II. PROFESSIO TEMPORALIS

Explato novitiatus tempore, fit de more prima professio, cui indoles peculiaris inest: novitus enim arctioribus vinculis obstringitur et primitias futurae consecrationis Deo offert, sed eius probationis tempus quodammodo producitur. Quam duplcem indolem *probationis* et *voti* spectant Praenotanda cum monent: « Votorum temporalium emissio fieri potest intra Missam, nulla tamen peculiari sollemnitate » (Pr. 5).

Novus *Ordo* ritum professionis temporalis intra Missam peragendum tantum exhibit. Si qua vero familia religiosa optat suos sodales primam professionem emittere in aliis actionibus liturgicis (ex. gr. in sacra verbi Dei celebratione, in Hora divini Officii, Laudibus et Vesperis praesertim, in Capitulo conventuali) ea ratione, quae apta sibi videatur, ritum disponere potest. Haud pauca enim sunt Instituta quae Sacrificium eucharisticum ritui tantum professionis perpetuae servare volunt.

De ritu professionis in Missa collocando, dicemus infra; nunc tantum animadvertisatur ritum professionis cum Ordine Missae intime coniungi. Quod vinculum perspicue exprimitur in processione introitale (cf. OP I, 20), in liturgia verbi (cf. *ibid.*, 22), in oratione universalis (cf. *ibid.*, 36), in offertorio (cf. *ibid.*, 37), in signo pacis (cf. *ibid.*, 38), in communione eucharistica (cf. *ibid.*, 39).

Ex antiqua pervulgataque consuetudine, emissâ professione, peculiaria insignia traduntur, quae naturam et spiritum familiae religiosae novumque professi statum exprimant. Hic *Ordo professionis* duo tantum insignia indicat: Regulam et habitum (pro mulieribus velamen, cf. OP II, 36), quibus congrua sobrietate alia addi possunt.

III. PROFESSIO PERPETUA

Viri rerum liturgicarum periti, cum hoc retinendum putent ut quo gravior actus est eo sollemnius peragatur, ritum sollemnem et amplum professioni perpetuae servaverunt.

Constitutio de sacra liturgia statuit professionem religiosam laudabiliter intra Missam fieri (cf. n. 80), quare statim quaestio orta est quo Missae loco recte perageretur et quomodo cum Ordine Missae intime coniungeretur.

A) *De ritus loco in Missa.*

Haud facile fuit statuere quo Missae loco professio religiosa peragenda esset. De hac re antiqua ritualia complura et varia nobis tradunt. Professio emittitur:

- *inter lectiones*: ex. gr. ante ultimum versiculum gradualis;
- *post evangelium*;
- *ante panis et vini oblationem*;

— *ante communionem*, coram sanctissimo Sacramento. Quae consuetudo a saec. XVI apud nonnullas familias religiosas convaluit.

Viri re liturgica periti, omnibus perpensis, censuerunt ritum immediate post evangelium opportune collocandum. Etenim:

1) homilia, quae verbum vivum Ecclesiae est et arcte verbi liturgiae inhaeret, apte conectitur cum « Sermone ad professuros », qui ex antiquo more in professionis religiosae ritu pronuntiatur;

2) ritus professionis collocatio immediate post evangelium congruit cum aliis ritibus « consecrationis personarum », post Concilium Vaticanum II evulgatis (ex. gr. cum ritu ordinationis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum) aut evulgandis (ex. gr. cum ritu confirmationis, Virginum consecrationis);

3) Ordo Missae minime perturbatur; ritus enim quodammodo inter liturgiam verbi et liturgiam eucharisticam insertus, utramque integrum procedere sinit. Consentaneum autem est oblationem panis et vini immediate sequi personarum oblationem.

Collocatio ritus immediate post evangelium omnibus familiis religiosis servanda est quae *intra Missam* professionem emittere optant (cf. Pr 14 a).

Instituta autem religiosa, Monachorum praesertim, quae iure particulari usa, alio Missae loco professionem emittunt, hoc facere non vetantur.

Minus probanda vero est consuetudo professionis emittendae « coram sanctissimo Sacramento » immediate ante communionem. Multi viri rerum liturgicarum periti censem illum modum professionis emitendae omnino abolendum esse: profecto cum recto liturgiae sensu parum congruit. Tamen cum Const. *Sacrosanctum Concilium* ad praescriptum n. 80 adiciat « salvo iure particulari », familiae religiosae, quae iure particulari hoc ritu utuntur ab eo prohiberi non possunt; quare Praenotanda sapienter admonent: « hic ritus prohibetur quominus posthac a novis familiis religiosis assumatur. Institutis autem quae, iure particulari, eum adhibent suadetur ut eo uti desinant » (Pr 15). In votis est, proinde, ut complures familiae religiosae, sua sponte, puris liturgiae formis adhaereant easque libere sectentur.

B) *De ritu professionis cum Ordine Missae coniuncto*

Cum totus ritus professionis uno Missae loco et quidem immediate post evangelium absolvendus esset, oportuit professionis ritus et Ordo Missae sic intime coniungerentur ut ex illis una eademque fieret celebratio. Quae coniunctio patet:

- 1) in processione introitali Missae, « cui laudabiliter intersunt professuri, comitante Magistro et, in Institutis laicalibus, Superiore ipso » (OP I, 51);
- 2) in liturgia verbi; nam, nisi occurrant sollemnitates aut quidam dies dominici maioris momenti (cf. Pr 9), illas sacrarum Scripturarum lectiones deligi possunt, quae professionis religiosae naturam aptius illustrent;
- 3) in homilia Missae quae, ut diximus, eadem est ac « Sermo ad professuros »; cavendum enim est ne duae orationes habeantur;
- 4) in Litaniis, quae orationi universalis seu fidelium substituuntur (cf. OP I, 52 c et 62); in professione autem temporali oratio universalis professionis ritum concludit (cf. *ibid.*, 36);
- 5) in osculo pacis, quo religiosos nuper professos ad Institutum aggregatos esse significatur (cf. OP I, 70 et 74). Quod signum ritui pacis in Missa substitui potest;
- 6) in praeparandis donis eucharisticis: « nonnulli religiosi nuper professi ad altare opportune afferunt panem, vinum, aquam pro Sacrificio eucharistico » (OP I, 72);
- 7) in dimissione professorum, quae cum Missae dimissione apte coniungitur (cf. OP I, 76-77).

C) *Descriptio ritus*

Ritus professionis perpetuae, cui verae consecrationis forma liturgica est, in has partes dividitur:

1. *Appellatio* « si placet aut adiuncta expostulant » (OP I, 53); cui substitui potest *postulatio*, qua professuri humiliter rogant ut sibi professionem perpetuam in familia religiosa emittere concedatur (cf. OP I, 55).

2. *Homilia* seu *allocutio* in qua « opportune illustrantur cum lectio-nes biblicae tum professionis religiosae donum ac munus ad electorum sanctificationem atque Ecclesiae totiusque humanae familiae bonum » (OP I, 56).

3. *Interrogationes* seu scrutinium, quibus Mater Ecclesia cum mentes et animos professorum perscrutatur, tum quid de vita religiosa ipsa sentiat repetit atque confirmat. Quattuor quaestiones proponuntur, quarum prima ostendit professionem religiosam arcte cum Baptismate coniungi; secunda, vota religiosa cum Christi imitatione aptissime convenire; tertia indicat quid praecipue vita religiosa spectet, id est perfectam caritatem; quarta sensum apostolicum vitae religiosae exprimit.

4. *Supplicatio litanica* proxima ad professionem praeparatio est; in ea ad Deum Patrem instans dirigitur oratio sanctissimaeque Virginis Mariae et omnium Sanctorum intercessio imploratur.

5. *Actus professionis*, quod est culmen et fastigium ritus. Novus *Ordo*, quamquam familiis religiosis concedit ut formam emittendae professionis, quae cuique aptissima videatur, adhibeant, nonnulla tamen admonet, quo maiore perspicuitate sensus professionis exprimatur. Quae sunt: lectio, coram omnibus, formulae professionis, antea a religioso sua ipsius manu scriptae (cf. OP I, 64); schedulae professionis subscriptio, in ipso Sacrificii altari depositae, ut clare significetur religiosi oblationem Christi oblationi esse coniunctam (cf. *ibid.*, 65); cantus antiphonae oblationis *Suscipe me, Domine*, quae gaudium religiosi manifestum facit eiusque firmam divini auxillii spem ostendit ad suscepta munera adimplenda (cf. *ibid.*, 66).

6. *Prex consecrationis*, quae professionis perpetuae ritum in primis locupletat atque exornat. Rarissimi enim reperiuntur ritus in quibus prex consecrationis seu sollemnis benedictionis, formulam professionis

sequatur. Quod vero minime miramur, nam plerique ritus compositi sunt cum artis liturgicae lumen in Occidentis partibus extingui videbatur.

Ordo professionis quattuor preces consecrationis proponit: duas Religiosorum (*Deus, omnis sanctitatis fons et origo*, OP I, 67 et *Deus, per quem Ecclesia sanctificata virescit*, ibid. 143), dans Religiosarum (*Deus, sancti propositi auctor et custos*, OP II, 72 et *Domine Deus, mundi conditor hominumque Pater*, ibid. 159) ritui insertas, quae traditam optimarum consecrationis precum rationem sequuntur.

Quod, ut exemplis confirmemus, precem *Deus, sancti propositi auctor et custos* considerabimus. Hac prece exprimitur quod apud Prophetas² et Ecclesiae Patres nec non nostrae aetatis Scriptores saepe legimus: historiam salutis idem esse atque historiam sponsalis amoris quo Deus humanum genus adamavit, in Christo et Ecclesia fastigium attingentis, cum vita mulieris Deo sacraeae talis amoris portio existat et signum.

Precis structura eadem est ac sollemnium benedictionum precum, quae in liturgia romana sunt: primum ad *Patrem* dirigitur oratio atque historia salutis, in Antiquo Testamento peracta, brevi comprehenditur (vv. 2-21); deinde *Fili salutiferum* opus (vv. 22-31), ab Ecclesia porrectum (vv. 32-40), consideratur; tum Pater invocatur, qui *Sanctum Spiritum* emittat (vv. 41-44), copiaque gratiarum super religiosas, Ecclesiam cunctosque homines exoratur (vv. 45-61).

7. *Insignium traditio et familiae religiosae aggregatio*. Post consecrationis precem, si casus fert, traduntur insignia, quae significant religiosum nuper professum inter sodales illius fraternitatis pleno iure numerari. In professionis Religiosorum rito nullum peculiare insigne proponitur; in professionis Religiosarum anulus indicatur (cf. OP II, 74), qui perpetuum sponsae Christi vinculum exprimit.

Novorum sodalium aggregatio multis modis confirmari, pro opportunitate, potest, in quibus, ex antiquissimo more, osculum pacis eminet. *Ordo*, enim, post insignium traditionem, ritum pacis collocat, qui, ut par est, ante communionem omittitur (cf. OP I, 70 b et 74). Ita, osculum pacis eucharisticum et osculum pacis fraternali perpetuique hospitii apte iunguntur.

² Cf. ex. gr. *Dt* 4, 24; 7, 6-16; 14, 2; *Ex* 19, 6; *Ier* 2, 2-3; *Is* 54, 4-10; 62, 12; *Os* 1, 2-3, 3; *Am* 3, 2; *Cant* passim.

IV. VOTORUM RENOVATIO

Ut par est, *Ordo professionis* ritum tantum continet renovationis votorum, cui iuris vis inest. Solum illa renovatio, enim, publicum religionis vinculum instituit, quod Ecclesia publice agnoscit et actione liturgica confirmat.

Proximis temporibus tamen, ut in Praenotandis scriptum videmus, « apud nonnullas familias religiosas mos invaluit vota renovandi pietatis causa » (Pr 7). Quae haud dubie optima est consuetudo nec desunt qui saepe vel etiam cotidie professionem renovent.

Fieri autem non poterat quin in *Ordine professionis* non distingueretur, quod ad actionem liturgicam attineret, renovatio votorum cui iuris vis inest a renovatione votorum, quae pietatis causa peragitur.

Quibusdam adiunctis occurrentibus, vota *intra Missam* communiter pietatis causa renovari non prohibetur, at generatim admonetur: « haud commendanda est consuetudo intra Missam peragendi quod privatae devotionis est » (Pr 7).

Ad vota pietatis causa renovanda, *Ordo* suadere videtur ut aliae celebrationes liturgicae adhibeantur. Ob rationes pastorales autem quibusdam diebus anniversariis (xxv vel L anno religionis) ritus *intra Missam*, aptatis aptandis, adhiberi potest.

Votorum renovatio, quamquam summa sobrietate celebratur, tamen ex eo quod intra Missam collocatur formulisque propriis ditatur, quae pollet gravitate ac sollemnitate.

V. LECTIONES BIBLICAE ET TEXTUS AD LIBITUM ADHIBENDI

In *Ordine professionis*, ut in ceteris ritibus post Concilium Vaticanum II evulgatis, magnam vim liturgiae verbi tribuitur, qua illustratur Christi fidelem, Spiritus Sancti gratia impulsum, vitam religiosam amplexi et Deo se consecrare.

Itaque praebetur conspicuum lectionum biblicalium florilegium. Suadetur ut tres loci legantur, qui « vocaciones » Veteris Testamenti (Abrahae, Samuelis, Eliae, Elisei ...) et Novi Testamenti, clarius ad vitam religiosam pertinentes perhibeant.

Praeter sacrarum Scripturarum lectiones, cap. V continet nonnullos ritus qui substitui possunt pro ritibus aliis capitibus descriptis (ex. gr. traditionis insignium ritum, orationis fidelium schema, preces consecratoriae ...).

RITUS PROMISSIONIS (= RP)

Instructio *Renovationis causam*, die 6 ianuarii 1969 a S. Congregatione pro Religiosis promulgata, « promissionis » vinculum instituit, quod in quibusdam Religionibus loco est temporiorum votorum, sive per aliquod temporis spatium sive usque ad professionem perpetuam (cf. RP 1). Quare brevem ritum visum est confidere, qui indolem promissionis ostenderet, nec quicquam eorum quae professionis ritus sunt usurparet.

Ritus promissionis tria schemata proponit: in primo eorum promissio in sacra verbi Dei celebratione collocatur, ex quo magna fit libertas ritum disponendi textusque eligendi; in secundo promissio nuncupatur in divini Officii, Laudum et Vesperarum praesertim, celebratione, quae dispositio, quippe quae promissionem vitae ad Dei laudem dicatae in liturgia laudis inserat, maxime commendanda videtur; in tertio promissio in ipso Sacrificio eucharistico, id est intra Missam, disponitur. Quod, quamvis consimile videatur professionis ritui, aliud tamen exprimit atque significat: promissio, enim, caret illa consecrationis vi qua professio Sacrificio eucharistico sociatur. Promissio, cum in Missa peragitur, hoc praecipue spectat: ut candidatus propositum divino auxilio, quod ex altaris Mysterio quam copiosissime largitur, fulciatur ac roboretur, ita ut promissio aliquando religionis votum fiat.

APPENDIX (= Ap)

Appendix exemplar formulae professionis et quattuor Missas rituales continet.

Quamquam, ut omnibus constat, sua cuique familiae religiosae est professionis formula, interdum ab ipsis Conditoribus exarata, quae in Constitutionibus accurate statuitur, rogantibus tamen quibusdam Institutorum Moderatoribus, exemplar offertur a S. Congregatione pro Religiosis paratum.

In Appendice proponuntur denique quattuor Missae formularia: unum ad Missam in die primae professionis; duo ad Missam in die professionis perpetuae; unum ad Missam in die renovationis votorum.

In Missa primae professionis, Celebrans iter a religiosis incepsum omne felicis exitus prosequitur (or.); petit ut professorum primiciae in uberrimos fructus convertantur (or. s. ob.); Dominum deprecatur ut professi inchoata religionis munera fideliter adimpleant (or. p. com.).

Missa in die professionis perpetuae, praeter Praefationem propriam, quae recens praebetur, continet: « Hanc igitur » proprium Preci eucha-

risticae I seu Canoni Romano inserendum; oblationis professorum memoriam, intercessionibus Precum eucharisticarum II, III, IV addendam; denique triplicem benedictionem secundum morem gallicanum-mozarabicum exaratam, quae finem facit Missae celebrationi.

Quae omnia, utpote primo in liturgiam romanam adducta, eam valde locupletant ac professionis ritum exornant.

Ordine professionis, promulgato, ex parte confecta sunt mandata Const. *Sacrosanctum Concilium*: « Conficiatur ... ritus professionis religiosae et renovationis votorum ... ab iis qui professionem vel votorum renovationem intra Missam peragunt, salvo iure particulari, assumendum » (n. 80).

Haud parvae utilitati nobis esse videtur exponere quo iudicio ac ratione ritus compositus sit. Coetus XX bis (B. Botte OSB, I. M. Calabuig OSM, A. Dirks OP, Prof. B. Fischer, E. Gambari SMM, P. M. Gy OP, D. Hout SMM, B. Neunheuser OSB) cui munus ritum exarandi commissum est, in primis, sicut in eius Actis est, sibi proposuit:

« 1) ut professionis religiosae momentum theologicum et liturgicum instauraretur apteque exprimeretur;

2) ut ritus structura cum Ecclesiae traditione consentiret et optima quaeque a Maioribus tradita fideliter servarentur novaque cum veteribus congrue miscerentur;

3) ut ritus structura clara et perspicua omnibus esset et repetitio- nes inutiles vitarentur;

4) ut, quae de vita religiosa Concilium Vaticanum II et venerabilis Traditio docuissent, ritu referrentur;

5) ut sensus Ecclesiae, qui in ritualibus antiquis interdum desideratur, iniceretur et confirmaretur;

6) ut ritus facile aptari posset variis consuetudinibus familiarum religiosarum aut gentium;

7) ut faveretur populi participationi ».³

Nunc spes affulget ut novus *Ordo*, vim et virtutem professionis religiosae illustrans, quodammodo efficiat ut unusquisque « in quam vocationem a Deo vocatus est, in ea permaneat atque magis excellat, ad uberiorem Ecclesiae sanctitatem, ad maiorem gloriam unius et indivisae Trinitatis, qui in Christo et per Christum est omnis sanctitatis fons et origo ».⁴

IGNATIUS M. CALABUIG

³ Schema n. 292 (13 maii 1968), p. 4.

⁴ Const. *Lumen gentium* n. 47.

**SUMMARIUM DECRETORUM
(a die 1 ian. ad diem 28 febr. 1970)**

**I. CONFIRMATIO DELIBERATIONUM CONFERENTIARUM EPISCOPALIUM
CIRCA INTERPRETATIONES POPULARES.**

EUROPA

Gallia

Decreta generalia: 3 ianuarii 1970 (Prot. n. 8/70): confirmatur ad experimentum textus *gallicus* Praeconii Paschalis, adaptatus ut participatio populi proclamationi resurrectionis Christi facilior redatur.

Hispania

Decreta generalia: 15 ianuarii 1970 (Prot. n. 121/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *hispanica* novi Ordinis Missae, prout invenitur in libro cui titulus « *Ordinario de la Misa* » (Madrid 1969).

Decreta particularia: *Provinciae linguae Vasconiae* (17 februarii 1970, Prot. n. 706/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *vasconica* Ordinis Baptismi parvolorum, Ordinis Matrimonii, necnon Lectio- narii proprii de tempore.

Islandia

Decreta generalia: 18 februarii 1970 (Prot. n. 202/70): confirmatur interpretatio *islandica* novi Ordinis Missae, prout invenitur in opere cui titulus « *Romversk-Kapolsk Messubok* » (Reykjavik 1969).

Italia

Decreta particularia:

Clavarensis (2 febr. 1970, Prot. n. 293/70): confirmantur *ad interim* textus cantuum, qui adhiberi possunt, ad normam n. 32 In-

structionis *Musicam sacram*, loco cantuum *Gradualis romani*, usque dum Conferentia Episcopalis aliter pro tota Natione provideatur.

Laudensis (20 dec. 1969, Prot. n. 1804/69): confirmatur interpretatio *italica* Missarum Propriarum dioecesis, necnon textus latinus lectionis pro Matutino Officii in translatione S. Bassiani.

Mediolanensis (23 februarii 1970, Prot. n. 816/70): confirmatur Ordo Hebdomadae Sanctae instauratus, iuxta ritum Ambrosianum, lingua *italica* exaratus.

Romanae (23 ian. 1970, Prot. n. 1911/69): confirmatur textus latinus Missae propriae B. Mariae Virginis Czestochoviensis, pro paroecia sub eodem Titulo dicata.

Tergestinae et Iustinopolitanae (3 ian. 1970, Prot. n. 2079/69): confirmatur interpretatio *croatica* Missae Propriae in honorem Beatae Mariae Virginis Matris et Reginae.

Utinensis (15 ian. 1970, Prot. n. 367/69): confirmatur textus latinus Missae in honorem Sanctae Mariae « in Excelsis ».

Iugoslavia

Decreta generalia: 25 febr. 1970 (Prot. n. 1141/70): confirmatur interpretatio *croatica* Ordinis Baptismi parvolorum, et Ordinis celebrandi Matrimonium.

Decreta particularia: *Sloveniae* (5 febr. 1970, Prot. n. 410/70): confirmatur interpretatio *slovena* Ordinis Baptismi parvolorum et Litaniarum Sanctorum in sollemnibus supplicationibus adhibendarum.

Lusitania

Decreta generalia: 26 ian. 1970 (Prot. n. 197/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *lusitana* Ordinis Lectionum Missae pro dominicis anni B, prout exstat in volumine cui titulus « Leccionário año B, I Advento e Tempo do Natal ».

Melita

Decreta generalia: 12 febr. 1970 (Prot. n. 592/70): confirmatur interpretatio *melitensis* Ordinis Baptismi parvolorum.

ASIA

Corea

Decreta generalia: 14 ian. 1970 (Prot. n. 41/70): confirmatur interpretatio *coreana* Ordinis Baptismi parvolorum et Ordinis exse-
quiarum.

India

Decreta particularia: *Regionis linguae Bengali* (2 febr. 1970, Prot. n. 237/70): confirmatur interpretatio *bengali* Ordinis Missae.

Insulae Philippinae

Decreta generalia: 4 febr. 1970 (Prot. n. 317/70): confirmatur interpretatio *ilocano* Precum eucharisticarum II, III et IV.

Die 4 febr. 1970 (Prot. n. 319/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *ilocano* Ordinis Baptismi parvolorum.

Confirmatio datur *ad interim* quia textus Ordinis Baptismi lingua vernacula exaratus, iuxta normas Constitutionis de Sacra Liturgia art. 63 § 2, continere debet etiam Praenotanda, quae inveniuntur in editione typica latina.

Die 26 februarii 1970 (Prot. n. 811/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis celebrandi Matrimonium, interpretatio *samareño* Ordinis Baptismi parvolorum, et interpretatio *anglica* Ordinis Baptismi parvolorum a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.

AFRICA

Angola

Decreta generalia: 2 febr. 1970 (Prot. n. 248/70): confirmatur interpretatio *umbundu* et *kimbundu* Ordinis Missae.

Mozambicum

Decreta particularia: *Beirensis* (19 febr. 1970, Prot. n. 766/70): con-
firmatur interpretatio *chi-bàruè* Precum eucharisticarum.

Nigeria

Decreta generalia: 5 ian. 1970 (Prot. n. 10/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis Missae et praefationum a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.
 Attamen pro « Gloria », « Credo », « Sanctus » et « Pater noster » retinetur interpretatio tradita.

Senegal

Decreta generalia: 21 ian. 1970 (Prot. n. 56/70): confirmatur *ad interim* interpretatio sérèr Ordinis Missae.

Zambia

Decreta generalia: 21 ian. 1970 (Prot. n. 13/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis Missae et praefationum a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.
 Attamen pro « Gloria », « Credo », « Sanctus » et « Pater noster » retinetur interpretatio tradita.

AMERICA

Carribeana Regio

Decreta particularia: *Paramariboensis* (28 ian. 1970, Prot. n. 260/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *neerlandica* ritus « De Ordinatione Episcopi ».

Civitates Foederatae Americae Septentrionalis

Decreta generalia: 5 ian. 1970 (Prot. n. 1887/69): confirmatur:
 a) textus *anglicus* Ordinis Baptismi parvulorum, Ordinis celebrandi Matrimonium, Litaniarum Sanctorum, Benedictionis Apostolicae, a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae apparatus;
 b) textus *anglicus* Ordinis Missae et praefationum ab eadem Commissione mixta confectus.

Ad Ordinem Missae quod attinet, die 9 februarii 1970 (Prot. n. 1887/69): conceditur ut adhiberi possit *ad experimentum* interpretatio, quae « oecumenica » appellata est, pro « Gloria », « Creedo », « Sanctus ». Quod valet donec Conferentiae Episcopales, quarum interest, unicam interpretationem statuerint, ad normam Litterarum Circularium huius Sacrae Congregationis de unica interpretatione populari adhibenda (6 februarii 1970).

Probatur insuper ut:

- a) in celebratione Matrimonii, praeter formulas benedictionis finalis in « Ordine celebrandi Matrimonium » propositas, adhiberi possit formula tradita in *Collectione Rituum*, et in manifestatione consensus adhiberi valeat etiam formula a Conferentia Episcopali proposita;
- b) in celebratione exsequiarum et Missarum defunctorum color albus praeter niger et violaceus adhiberi possit.

Respublica Mexicana

Decreta generalia: 2 febr. 1970 (Prot. n. 265/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *hispanica* Ordinis exsequiarum.

OCEANIA

Australia

Decreta generalia: 13 febr. 1970 (Prot. n. 407/70): confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis Baptismi parvolorum et Ordinis celebrandi Matrimonium a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.

Die 25 febr. 1970 (Prot. n. 597/70): confirmatur textus *anglicus* Ordinis Lectionum Missae (ed. J. DWYER Pty. Ltd., Sydney 1970). Interpretatio Ordinis Lectionum Missae de qua supra, eadem est ac interpretatio a G. CHAPMAN edita (London 1969).

Nova Guinea

Decreta generalia: 21 ian. 1970 (Prot. n. 34/70): confirmatur *ad interim* interpretatio *pidgin english* ritus « De Ordinatione Presbyteri » et confirmatur interpretatio *anglica* Ordinis Missae, Ordinis celebrandi Matrimonium et Ordinis Baptismi parvorum a Commissione mixta pro regionibus linguae anglicae parata.
 Quoad Ordinem Missae autem, pro « Gloria », « Credo », « Sanctus » et « Pater noster » retinetur interpretatio tradita.

II. CONFIRMATIO INTERPRETATIONUM POPULARIUM PROPRIORUM RELIGIOSORUM.

Congregatio Sororum Servarum B. M. Virginis, 20 ian. 1970 (Prot. n. 187/70): confirmatur interpretatio *hispanica* Missae propriae Beatae Mariae Soledad Torres Acosta.

III. DECRETA CIRCA RITUS ET CALENDARIA PARTICULARIA.

Hararensis et Gimnaënsis in Aethiopia, 13 febr. 1970 (Prot. n. 1332/69): audita Sacra Congregatione pro Ecclesia orientali, conceditur:

- a) facultas utendi interdum Anaphora Apostolorum, lingua amarica exarata, loco Precum eucharisticarum ritus romani;
- b) facultas utendi Missa aethiopica Apostolorum, lingua amarica exarata, quando, opportunis in adjunctis et circumstantiis, fit interritualis concelebratio. Sacerdos ritus latini bene scire debet, ut clare patet, celebrationis normas.

E contra, quando agitur de celebratione individuali, ut Missa aethiopica Apostolorum adhiberi possit, requiritur facultas Sacrae Congregationis pro Ecclesia orientali.

Confirmatur insuper interpretatio amarica Anaphorae et Missae aethiopicae Apostolorum.

Bracarensis in Lusitania, 2 febr. 1970 (Prot. n. 161/70). Accepta relatione de statu ritus Bracarensis, haec statuta sunt:

- a) Sancta Mater Ecclesia Ritum Bracarensem aequo iure atque honore ac alios ritus habet, etsi oportet ut ad mentem sanae traditionis recognoscatur.

b) Constituatur Commissio specialis pro Ritu Bracarensi et conclusiones Sacrae Congregationi transmittantur.

c) Interim, usque ad diem 28 novembris 1971, in Archidioecesi Bracarensi, adhiberi potest, sive Ordo Missae iuxta Ritum Bracarensem sive novus Ordo Missae Ritus Romani.

Gnesnensis in Polonia, 8 ian. 1970 (Prot. n. 1766/69): confirmatur textus latinus Missae propriae et Officii proprii Beati Radzym-Gaudentii.

Conceditur insuper ut festum eiusdem Beati, qui fuit primus Archiepiscopus Metropolita Gnesnensis, celebretur in illa archidioecesi eius die natali, nempe 14 octobris, tamquam *memoria obligatoria*.

Laos et Cambogia, 2 februarii 1970 (Prot. n. 240/70): conceditur ut Solemnitas Omnis Sanctorum (die 1 nov.) et Commemoratio omnium fidelium defunctorum (die 2 nov.) celebrari possint occasione dierum festorum traditionalium, quae quotannis peragi solent in honorem Mortuorum (« Prachum Ben ») (cf. *Notitiae*, n. 52, pp. 97-99).

Congregatio Sororum Servarum B. M. Virginis, 20 ian. 1970 (Prot. n. 187/70): conceditur ut post Canonizationem Beatae Mariae Soledad Torres Acosta, in omnibus domibus Congregationis Sororum Servarum B. M. Virginis, peragi possint solemnitates triduanae in honorem novae Sanctae.

In proximo fasciculo:

Novum Missale Romanum (praesentatio et textus Prooemii ad Institutionem generalem).

XIII Sessio plenaria ad restorationem liturgicam perficiendam.

« Pueri cantores ».

LECTIONES PATRISTICAE ET AGIOGRAPHICAE BREVIARII

Commissio specialis ad instaurationem liturgicam absolvendam volumen edidit, ad instar manuscripti, a Coetu V paratum, cui titulus: « Lectiones Patrum et lectiones hagiographicae pro Officio divino » (In 8°, 422 pp. - Schemata n. 349; de Breviario, 93).

Volumen est solummodo peritis Commissionis specialis destinatum.

Introductionem voluminis quae de itinere laboris, de principiis selectionis, de ordinatione lectionum, et de lectione hagiographica agit, hic referre placet.

Opus non est nunc historiam retexere lectionum patristicarum antiqui Breviarii. Ipsae compluribus notis iam subiectae sunt et revera constituunt unum ex debilioribus elementis veteris conceptus circa Officium divinum. Omnes bene norunt allegoricam interpretationem S. Augustini de numero *triginta et octo* vel eius explicationem *non est mendacium, sed mysterium*.

Praecipua menda quibus a nobis medendum erat, haec erant:

1. Lectiones breviores quam quibus exhiberi posset doctrina valida;
2. Selectio non aequa, praebens et meliora et peiora auctorum talium, qualis est Augustinus;
3. Locus fere nullius pretii relictus Graecis et Orientalibus.

1. *De itinere laboris*

Labor inquisitionis ad novam selectionem perficiendam coepitus est a Rev.mo D. Michaële Pellegrino; sed eius promotio ad archiepiscopatum Taurinensem graviter opus retardavit, quod ab uno ad alterum pertransiit, sed in dies tamen accrebit textuum cumulum, in quo scientia complurium patrologorum et notissimorum peritorum elementa multa ac pretiosa contulit.

Nostri coetus labor moram non parvam ex eo passus est quod selectio et distributio novarum lectionum biblicarum, quibus conformari debebat opus nostrum, novas recognitiones exegit. Attamen, a mense novembri 1968 cursus vim novam accepit adunatione Romae habita, quam secuta est alia mense februario 1969 in abbatia Aureavallensi (Orval).

Anni vero 1969 decursu nonnulla schemata lectionum patristicarum pro temporibus fortibus anni liturgici ad sodales missa sunt. Notae et

animadversiones acceptae examini subiectae sunt ab arctioribus coetibus, et florilegium *ad experimentum*, temporibus Adventus, Nativitatis Domini, Quadragesimae et Paschatis destinatum, iam editur.

2. *De principiis selectionis*

Sodales nostri summam collegerunt admirandam textuum patristicorum, e scriptoribus desumptorum tum orientalibus tum occidentalibus.

Periti ecclesiae Syriacae aditum nobis praebuerunt ad opera Aphraatis et Ephraem. At fatendum ne nobis est? In omnibus his textibus, oportere collectis, permulti accipi non potuerunt, eo quod hodierni lectoris exspectationi non respondebant vel modernae exegeseos postulata non satis curabant.

Quae rationes adhibitae sunt?

1. Ut praeberetur florilegium aequum textuum, desumptum ex Ecclesiis orientalibus et occidentalibus.

2. Ut in hac selectione, licet locus eminens concederetur antiquitatis christianaे scriptoribus, adhiberentur tamen doctores quoque spirituales mediae aetatis, quin etiam auctores moderni, quos novum calendarium servavit.

3. Ut vitarentur textus moralibus hortationibus insistentes — quis nescit illos adesse plurimos apud Patres? — et praeferrentur paginae magis doctrinales, quae dogmata fidei et summa christianaе vitae themata explicarent, atque illustrationes inquirerentur quae nostram psychologiam nostramque religiosam « sensibilitatem » afficerent.

4. Ut hoc memoraretur, quod futurum esset ut selecti textus legerentur in sermonem vernaculum versi. Ex quo factum est ut quasdam difficiles paginas S. Hilarii retinere potuerimus, pericopas vero quasdam respire debuerimus S. Bernardi quae ex versione viluisserent.

5. Demum — ultima res, sed non minima (last but not least) — pro nostra sollicitudine, ut haberetur ratio *pretii pastoralis textuum*: pastores enim pastoribus loquuntur. Perseveranter conati sumus praeципue presbytero hodierno consulere, ut ipsi praeberemus quod eius vitam aleret spiritualem et pleniorem eius vocationem pastoralem efficeret. Editio « ad studium » textuum patristicorum pro temporibus foribus probare sinet qua mensura ac ratione rem ad exitum duxerimus.

Quaeri enim quis posset an lectiones ex Patribus adhuc, nostra

aetate, sint actuales, vel utiles vel respondentes sensibilitati hominum huius temporis.

Veritatem unam inspicere multis praedicatam modis per pulchrum est. Diverso modo mysteria fidei conspiciuntur ab Ecclesia orientali, ab Ecclesia occidentali, primis saeculis et saeculo XI. S. Ignatius Antiochenus, S. Augustinus, S. Leo Magnus, Beda Venerabilis, Cardinalis Newman, Romano Guardini: unusquisque suo modo scripsit, et unam fidem praedicavit Ecclesiae. Veritatem inspicere secundum eius dynamismum, veritatem percipere in diversitate modorum, veritatem contemplari quae idonea sit ut omnibus populis eorumque humanitati aptetur, causa est Deum laudandi et gratias ei agendi quod multa nobis dederit. Haec omnia obtineri potest in lectionibus ex Patribus et ex aliis scriptoribus ecclesiasticis. Item hae lectiones populo Dei catholicitatem Ecclesiae monstrant et id agunt ut quis familiarior fiat traditioni.

Lectiones igitur patristicae in Breviario magni aestimandae sunt. His lectionibus facilior redditur oratio Breviarii. Valor huius contactus cum tota traditione Ecclesiae ex hoc venit quod ipsa consideratur in sua perenni vitalitate, in veritate variis modis praedicata inde a saeculo secundo.

3. De ordinatione lectionum patristicarum.

Nomine lectionis patristicae veniunt textus e scriptis Sanctorum Patrum, Doctorum, aliorumque scriptorum ecclesiasticorum deprompti, cuiusvis aetatis, tam antiquae quam recentioris, ex Ecclesia tum orientali tum occidentali, ita tamen ut primae partes sanctis Patribus tribuantur, qui peculiari auctoritate in Ecclesia gaudent.

Praeter lectiones in Breviario pro unoquoque die assignatas, praevendetur *Lectionarium patristicum ad libitum*, ubi maior copia lectionum praebetur quo latius pateat, iis qui Officium divinum persolvunt, thesaurus Ecclesiae traditionis. Libertas dabatur unicuique lectionem patristicam desumendi aut e Breviario aut e lectionario ad libitum.

Praeterea, ad normam Constitutionis Conciliaris de sacra liturgia art. 38, Conferentiae Episcopales possunt alios adhuc textus apparare traditionibus et ingenio suae ditionis aptos, quos in Lectionarium ad libitum pro supplemento inserant.

Munus lectionis patristicae est meditatio Verbi Dei qualiter ab Ecclesia in sua traditione accipitur. Ecclesia enim necessarium semper duxit verbum Dei christifidelibus authentice declarare, ut «propheticae

et apostolicae interpretationis linea secundum ecclesiastici et catholici sensus normam dirigatur » (Vincentius Lirinensis, *Commonitorium*, 2).

Ex assidua frequentatione documentorum traditionis universalis Ecclesiae, lectores ad pleniorum meditationem Sacrae Scripturae eiusque suavem et vivum affectum ducuntur. Scripta enim Sanctorum Patrum testes sunt praeciali illius meditationis verbi Dei, inter saecula productae, qua Verbi incarnati Sponsa, Ecclesia nempe « quae secum habet consilium et spiritum Sponsi et Dei sui » (Bernardus, *Sermo II in vigilia Nativitatis*, 1), ad profundorem in dies Scripturarum Sacrarum intelligentiam assequendam accedere satagit.

Lectio Patrum in sensum quoque temporum festorumque liturgicorum christianos manuducit. Insuper, eis patefacit accessum ad inaestimabiles divitias spirituales, quae Ecclesiae constituunt patrimonium egregium simulque vitae spiritualis fundamentum praebent atque uberrimum pietatis nutrimentum. Praecones autem Verbi Dei exempla prae-clara praedicationis sacrae cotidie prae manibus habent.

4. *De lectione hagiographica.*

Nomine lectionis hagiographicae venit sive narratio vitae sancti qui celebratur, sive excerptum ex eius scriptis, sive textus alicuius Patris qui de hoc sancto proprie loquitur.

In conficiendis propriis sanctorum particularibus, consulendum est veritati historicae (Const. Lit. 92 c) et vero profectui spirituali eorum qui legent vel audient lectionem hagiographicam; sedulo cavendum ab iis quae solam mirationem moverent; in lucem vero ponatur specifica spiritualitas sanctorum, modo hodiernis conditionibus accommodato, necnon eorum momentum in vita et spiritualitate Ecclesiae.

Parva notitia biographica, quae data mere historica et curriculum vitae breviter resumit, ponitur ante lectionem ipsam; ad instructionem tantum est, non vero proferenda in celebratione.

« ... PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR ... »

Difficultati, quae in verbis consecrationis sanguinis movetur circa interpretationes populares *pro omnibus* loco *pro multis*, iam responsum est in *Notitiae*, n. 50 (ianuario 1970), pp. 39-40. Cum tamen persistere videatur aliqua inquietudo, visum est rem paulo fusius resumere et quidem ex parte exegeseos.

In illo responso legitur: « Secundum exegetas verbum aramaicum quod lingua latina versum est "pro multis", significationem habet "pro omnibus" ». Hoc assertum paulo cautius videtur exprimendum esse. Ita fere: in lingua hebraica (aramaica) alio quidem et alio vocabulo significantur « omnes » et « multi ». Vox « multi » igitur stricte loquendo non significat « omnes ». At quia vox « multi » aliter ac in linguis nostris occidentalibus, totalitatem *non excludit*, eam connotare *potest* et de facto connotat, ubi contextus vel materia subiecta hoc suggerit vel exigit. Non facile est huius phaenomeni exempla *certa* afferre. En aliqua:

In 4 Esdrae 8, 3 legimus: « Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur ». Patet *omnes* esse creatos. Sed hic interest non de hac totalitate, sed de oppositione ad « pauci ». Hinc dicitur « multi », quamvis revera sint « omnes ».

In textu Qumranico, Hodayot IV, 28, 29, ambo vocabula, « multi » et « omnes », inveniuntur in parallelismo synonymico (duo stichi paralleli quibus idem bis enuntiatur):

« Mirabiliter egisti coram *multis* propter gloriam tuam et ut nota faceres *omnibus magnalia tua* ».

Ceterum in Qumran « multi » (cum et sine articulo) evasit terminus technicus (quasi nomen) pro communitate *omnium* membrorum pleni juris, et ita in sola « regula » sectae circa 30 in locis occurrit.

Veniamus ad textus NTi qui proprius ad rem nostram accedunt: Rom. 5, 12. 15. Hic argumentatio comparativa a minori ad maius instituitur inter universalitatem peccati Adae et universalitatem gratiae Christi: « Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et cum peccato mors et ita in *omnes* homines mors pertransiit quia *omnes* peccaverunt ... » (insertum vv 13. 14, dein resumitur comparatio cum altera sua parte) « Sed non sicut delictum ita donum. Si enim unius delicto *multi* mortui sunt, multo magis gratia unius homi-

nis Iesu Christi in *multos* abundavit ». Notamus: illi « omnes » prioris partis evadunt « multi » (cum articulo) in altera parte. Sicut peccatum omnes afficit ita, vel potius multo magis, etiam gratia omnibus est destinata.

Mc 10, 45 = Mt 20, 28 habet dictum Iesu: « Filius hominis venit ... ut daret animam suam redemptionem *pro multis* ». Istud « pro multis », per se ambiguum, de facto intelligendum esse « pro omnibus », probatur eo quod *1 Tim 2, 6* idem legitur ita: « ... Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsum *pro omnibus* ».

At, etiam si hanc auctoritativam interpretationem non haberemus, illud « pro multis » tamen certo intellegendum esset « pro omnibus », quia explicite agitur de finalitate adventus Iesu (« venit ut daret ... ») quae abundanter monstrari potest obiectum habere *mundum*, i. e. genus humanum ut totum.

Io 1, 29 « Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum (singulare!) *mundi* »;

Io 3, 16. 17 « Sic enim Deus dilexit *mundum* ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum ... habeat vitam aeternam ... Misit Deus Filium suum in *mundum* ut salvetur *mundus* per ipsum » (cf. 12, 47).

1 Io 2, 2: « ... ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius *mundi* (peccatis) »;

1 Io 4, 14: « ... testificamur quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem *mundi* ».

1 Tim 4, 10: « ... speramus in Deum vivum qui est Salvator *omnium hominum*, maxime fidelium » (et cf. 2, 3).

Ipsam autem Eucharistiam spectant textus hi:

Io 6, 33: « ... panis enim Dei est qui de caelo descendit et dat vitam *mundo* »;

Io 6, 51: « ... et panis quem ego dabo caro mea est pro *mundi vita* ».

Quae cum ita sint, iure quaeri potest, non quidem, quid in verbis consecrationis significet « pro multis » (*Mc 14, 24 = Mt 26, 28*), sed cur in tanta rei evidentia non explicite dicatur « pro omnibus ».

Respondendum videtur: 1) In Ecclesia primitiva palaestinensi, considerata una ex parte soteriologia eius, altera ex parte mente eius semitica, nulla omnino erat aequivocatio quae evitanda fuerit adhibita formula « pro omnibus ». Libere potuerunt retinere traditum illud « pro multis » idque eo magis quia illi christiani censendi sunt adhuc sensisse et magni fecisse colorem originis illius formulae « pro multis »; etenim

2) illud « pro multis » ab ipso Iesu ideo videtur adhibitum esse, quia, memoriam evocans capituli 53 Isaiae de Servo Iahve se sacrificante, suggerebat Iesum adimpleturum esse quod de Servo Iahve praedictum erat. Textus principalis est Is 53, 11 b-12: « Iustificabit ipse Iustus, Servus meus, *multos* et iniquitatem eorum ipse portabit. Ideo dispergiam ei *multos* et innumeros sortietur pro spoliis pro eo quod tradidit in mortem animam suam ... et ipse peccata *multorum* tulit et pro transgressoribus rogavit ».

Formula igitur « pro multis » loco « pro omnibus » in nostris textibus (*Mc* 10, 45 = *Mt* 20, 28; *Mc* 14, 24 = *Mt* 26, 28) videtur deberi volitae allusioni ad Servum Jahve cuius opus Jesus morte sua impleturus erat.

Eo magis videtur nunc urgeri quaestio: cur igitur in nostra versione liturgica hoc venerabile originale « pro multis » cedere debuit phrasim « pro omnibus »? Respondeo: propter eius accidentalem quidam sed veram inconvenientiam: phrasim « pro multis » — ut dictum est — menti *nostrae* (non *praemonitae*) *excludit* illam universalitatem operis redemptivi quae pro mente semitica in illa phrasim connotari potuit et propter contextum theologicum certe connotabatur. Allusio autem ad theologiam Servi Iahve, antiquis illis admodum eloquens, inter nos solis expertis exstat.

Quodsi altera ex parte phrasim « pro omnibus » dicitur suam quoque habere inconvenientiam, quia scl. alicui sugerere possit omnes *actu* salvatum iri, periculum talis erroneae intelligentiae apud catholicos vix existere censemendum videtur.

Ceterum mutatio facta non est neque unica neque prima quam verba consecrationis subierunt. Nam textus latinus traditionalis iam combinat textum lucanum « pro vobis » cum phrasi Marci et Matthei « pro multis ». Et imprimis non est prima mutatio. Nam iam liturgia Ecclesiae primitivae (*Mc-Mt*) dictum super calicem conformasse videtur cum formula super panem pronuntiata. Originaliter enim illa (formula calicis) secundum Paulum (*1 Cor* 11, 25) et Lucam (22, 20) erat: « Hic calix novum testamentum est in meo sanguine » — formula igitur quae fortasse profunditate, profecto non claritate excelluit.

Apparet quomodo ne in verbis consecrationis quidem, a Iesu certe semel tantum prolatis, Ecclesiae Apostolorum interfuerit ipsissimam vocem Domini conservare.

Romae, Pont. Institutum Biblicum, 1 martii 1970.

MAX ZERWICK, S. J.

DE CENA DOMINI

The purpose of this article is to draw attention to the remarkable description of the Mass contained in the recently published *Institutio Generalis Missae*. The passage runs thus:

«Cena dominica sive Missa est sacra synaxis seu congregatio populi Dei in unum convenientis, sacerdote praeside, ad memoriale Domini celebrandum (art. 7)».

From this description it will be seen at once that certain terms are used which are key terms in early christianity, and which have their roots in the descriptions of the Mass of the Apostolic Age, and in the writings of the early Fathers which have been handed down to us. Such key words, which were of importance in the language of the early Church, are no less important in the contemporary christian communities of today.

At the outset of this paper it will be useful to list these concepts, for they will naturally limit its scope. They are: 1) *Cena dominica*; 2) *congregatio populi Dei in unum convenientis*; 3) *sacerdote praeside*; 4) *memoriale Domini celebrare*. These key concepts, four in number, depict the faithful gathered together round their bishop in order to celebrate the «Supper» of the Lord as the memorial of Christ. As I hope to demonstrate in this paper, such concepts were not strange to the christian of the Apostolic and post Apostolic Age, nor should they be to us.

1. CENA DOMINI

The earliest recorded instance of the use of the term *cena dominica* to describe the Eucharistic sacrifice of Mass, appears in the First Epistle of St Paul to the Corinthians, who writes:

*Convenientibus ergo vobis in unum,
iam non est dominicam cenam manducare.*¹

In this text it is to be noted that St Paul reprimands the Church at Corinth for a wrong use of the liturgical assembly which has come

¹ 1 Cor 11, 20.

together to celebrate the « Supper of the Lord », and he continues to describe for them afresh, what he had already told them concerning the institution of the Eucharist:

« Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: *hoc facite in meam commemorationem*. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: hic calix novum testamentum est in meo sanguine. *Hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem*. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis; mortem Domini annuntiabitis, donec veniat ».²

This indeed is a striking passage, for together with the previous citation, it provides us with three of the four key concepts contained in article 7 of the *Institutio Generalis*. 1) *Cena dominica*; 2) *convenientibus vobis in unum* (= *congregatio populi Dei in unum convenientis*); 3) *memoriale Domini celebrare* (= *Hoc facite in meam commemorationem*). We may further notice that this historical account of the *Cena Dominicana* by St Paul implies the Paschal character of the Lord's Supper, a meal, taken at night, which was at the same time a sacrifice (*in qua nocte tradebatur*): and the command, made by the Lord, to reiterate this meal in his memory, and the reiteration of the meal would be a sacrifice of thanksgiving and intercession. The *memorial* would not be something subjective, but the recalling and making present of the one, unique sacrifice of Christ: « Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, *mortem Domini annuntiabitis, donec veniat* ».

For the purposes of our study it will be convenient to turn to the earliest accounts we possess of the celebration of the Mass in the early Church.

1. *The Didache*

« *Die autem dominica congregati, frangite panem et gratias agite, postquam confessi eritis peccata vestra, ut mundum sit sacrificium vestrum. Omnis vero, qui habet controversiam cum*

² 1 Cor 11, 23-26.

socio suo, ne conveniat vobiscum, antequam reconciliati erunt, ne profanetur sacrificium vestrum. Hoc enim dictum est a Domino: Omni loco et tempore offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, inquit Dominus, et nomen meum admirabile in gentibus ».³

Although there is much discussion concerning the date of the Didache, it still remains permissible to regard it as a document of the end of the first century. It is, therefore, of importance for our purpose to note that by this time the term *congregati* meant the assembly of the christian community for the celebration of Mass. In this passage also we notice the insistence on the need for purity of heart, for unity and love among those taking part in the Eucharistic sacrifice. No one may take part in the Eucharist who is not at peace with his brethren and with the christian assembly. These traditional elements are to be found in the new *Ordo Missae*.

2. SACERDOTE PRAESIDE

2. St Justin Martyr

St Justin who wrote c. 150 A. D. has left us in his *Apologia* two accounts of the Eucharistic Assembly of his day.

Both these accounts are worth giving in full, for they provide us with a description of the Mass in Rome, about the middle of the second century. They also contain the four key concepts present in the description of the Mass of article 7 of the *Institutio Generalis*.

« Et die qui dicitur solis *omnium qui in urbibus et in agris habitant, in unum fit conventus*, et commentarii apostolorum vel scripta prophetarum leguntur, quoad tempus fert. Deinde, ubi lector desiit, *antistes* oratione admonet et incitat ad haec praecellara imitanda.

Postea consurgimus simul omnes precesque fundimus; atque ut supra diximus, ubi precari desiimus, panis adfertur et vinum et aqua.

³ Editio: J. QUASTEN, *Florilegium Patristicum*, Fasc. VII, Pars I, Bonnae 1935, pp. 12-13.

*Et antistes preces una cum gratiarum actionibus pro viribus sursum mittit, et populus adclamat deinde Amen; eaque, de quibus gratiae actae sunt, cum unoquoque communicantur et iis, qui absunt, per diaconos mittuntur ».*⁴

This passage is a striking description of the Mass of the early Church in Rome. The following outline of the elements it contains and of its structure will demonstrate the fidelity of the new Ordo Missae to tradition in its structure:

1. *The Christian Assembly (= congregatio populi Dei in unum convenientis).*
2. Lessons from Old and New Testament.
3. Homily, by the president: antistes (*= sacerdote praeside*).
4. The Prayer of the Faithful.
5. The Offering of Bread, Wine and Water.
6. The Anaphora, by the President (*Antistes*).
7. The People's Acclamation: Amen.
8. Communion of all present under both kinds.

St Justin's second account of the Mass is given after his mention of Baptism. It contains fuller details of some of the above elements:

« Nos vero postquam ita abluimus eum, qui credidit et nobis adjunctus est, ad fratres qui dicuntur ducimus, quo *congregati sunt* communes preces fusuri et pro nobis ipsis et pro eo, qui inluminatus est, et pro ceteris qui sunt ubique, omnibus intenti animo, ut digni habeamur, qui veritate cognita et bona operantes et mandato obtemperantes inveniamur, ut salutem aeternam consequamur.

Inter nos osculo salutamus precibus finitis.

Deinde *antistiti* fratrum adfertur panis et populum aquae et vini aqua mixti, quibus illi acceptis laudem et gloriam Patri universorum per nomen Filii et Spiritus Sancti sursum mittit, et gratiarum actionem pro eo, quod hisce ab eo dignati sumus prolixe instituit; quibus precibus gratiarumque actione absolutis, omnis qui adest populus adclamat dicens: Amen.

⁴ *Apologia* I, 67 (Edit. J. Quasten, *Florilegium Patristicum*, Fasc. VII, Pars I, Bonnae 1935, pp. 16-20).

Iam vero postquam *antistes* gratias egit, et populus adclamavit, ii, qui apud nos vocantur diaconi, unicuique eorum, qui adsunt, distribuunt gustanda panem et vinum et aquam, de quibus gratiae actae sunt, iisque qui absunt deferunt.

Atque hic cibus vocatur apud nos Eucharistia cuius nulli alii participi esse licet, nisi qui credit veram esse doctrinam nostram et ablatus est lavacro, quod fit in remissionem peccatorum et in regenerationem, et ita vivit, ut Christus tradidit.

Non enim ut communem panem aut commune potum haec sumimus: sed quemadmodum per logum Dei incarnatus Iesu Christus Salvator noster et carnem et sanguinem pro salute nostra habuit, ita cibum super quo logum ab eo ortum devocando gratiae actae sunt, ex quo sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, illius incarnati Iesu et carnem et sanguinem esse didicimus. Nam Apostoli in commentariis ab ipsis compositis, quae vocantur evangelia, *ita sibi mandatum esse tradiderunt, Iesum accepto pane gratiis actis dixisse: Hic est sanguis meus et solis ipsis dedisse. Nos vero post haec in futurum semper has res inter nos in memoriam revocamus;* et cum habemus, indigentibus omnibus subvenimus et semper sumus una nobiscum. Atque pro omnibus quibus vescimur, laudamus fabricatorem omnium per Filium eius Iesum Christum et per Spiritum Sanctum ».⁵

In this lengthy passage are to be found those key concepts concerning the Eucharistic celebration, which later Fathers, such as St John Chrysostom, would develop in their homilies. In this passage Justin emphasises not only the consecratory power of the Institution narrative, but insists that the Mass is the celebration of the *memoriale Domini*: *Nos vero post haec in futurum semper has res inter nos in memoriam revocamus*. It is well known how strongly the early Christians felt about the celebration of the Eucharist. They were a communion-conscious community amidst a pagan environment. This account of Justin contains all the key concepts of article 7 of the *Institutio Generalis* as a living reality.

From town and countryside the faithful gather together for the eucharistic celebration of the body and blood of the Lord, around the president, who pronounces the Eucharistic Anaphora, and which all

⁵ *Apologia* I, 67.

ratify with the final Amen. This eucharistic celebration is for them the highest expression of their communion with the Church. This celebration of the *memoriale Domini* is a celebration of the whole christian community, presided over by the *antistes*, which has come together for this purpose. It is the *congregatio populi Dei* referred to by the *Insti-tutio Generalis*. All present receive the body and blood of Christ, and the Eucharist is taken to those who are absent. This passage of St Justin witnesses to that sense of community which so characterised the life of the early christian communities. Here the sense of the one Catholic Church and of the one Catholic faith and communion is present as a living and dynamic fact, as the full expression of the one communion and the one belief.

3. LATER TRADITION

In this section it will be sufficient for our purpose to examine the writings of some of the Fathers who have used the expression *Cena Domini* or *Cena dominica* or its equivalent.

1. The Latin Fathers.

The three authors chosen are Tertullian, Ambrosiaster, and Pelagius. Tertullian, in his *De Spectaculis*, writes in the vein of St Paul in I Corinthians, contrasting the Eucharistic Supper of the Lord with the sacrificial meals of the pagans. The passage runs thus:

« Quoniam utraque idolorum conditionis unius est, dum mortui et dii unum sunt, utrumque idolatria abstinemus, nec minus tempa quam monumenta despiciimus, neutram aram novimus, neutram effigiem adoramus; non sacrificamus, non parentamus, sed neque de sacrificato et parentato edimus, *quia non possumus caenam Dei edere et caenam daemoniorum* ».⁶

Our next witness to the use of the word *Cena* in a eucharistic sense, is the enigmatic writer Ambrosiaster (c. 366-384), in his Commentary on I Corinthians 11, 23: He writes:

« Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit et dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur; hoc

⁶ *De Spectaculis* cap. 13.

facite in mei commemorationem. Simili modo et calicem, postquam cernatum est, dicens: hoc poculum novum testamentum est in meo sanguine; hoc facite, quotiescumque bibitis, in mei commemorationem. *Ostendit illis mysterium eucharistiae inter caenandum celebratum non cenam esse;* medicina enim spiritualis est, quae cum reverentia degustata purificat sibi devotum. *Memoria enim redemptoris est,* ut redemptoris memores maiora ab eo consequi mereamur.⁷

The interpretation of this passage is not easy, at first sight, but the meaning seems to be the same as St Paul's in his Letter to the Corinthians. Paul's concern is not that the Corinthians are celebrating the Eucharist within the context of a feast, but that they are doing so in drunkenness and disorder, this says St Paul is not the Lord's Supper. Ambrosiaster is making the same point. The Eucharistic Mystery celebrated amidst such conditions is not « the Supper of the Lord ». He goes on to stress the need for reverence and decorum, and stresses the fact that the *Cena Domini* is the *memoria redemptoris nostrae*, from which flow the greatest gifts of grace.

Our third passage is from Pelagius (c. 354-429). He writes:

« Ceterum dominica cena omnibus debet esse communis, quia ille (i. e. Dominus) omnibus discipulis suis qui aderant aequaliter tradidit sacramenta. *Cena autem ideo dicitur, quia Dominus in cena tradidit sacramenta.*⁸ »

In this passage we are given the definition of the term *Cena Domini*. It is the traditional eucharistic one, which has its source in St Paul. It cannot therefore be denied that in this matter the Latin Fathers, as the Greek Fathers, have simply handed down the traditional meaning of the phrase *Cena dominica* coined by St Paul.

2. The Greek Fathers.

Not many Fathers have written a Commentary on I Corinthians, but two striking texts for our purpose may be gathered from the Greek Fathers. The first is taken from the Commentary by Theodoretus, and is a definition of *Cena dominica*:

⁷ Edit. CSEL, Vol. LXXXI, 1968, p. 127.

⁸ Expositions in Epistolas S. Pauli. Edit. A. Souter, Expositions of Thirteen Epistles of S. Paul Vol. II (Texts and Studies, Vol. IX), Cambridge University Press, 1926, page 190.

« *Dominicam cenam vocat sacramentum Dominicum.* Illius enim omnes sunt aequae participes, et qui in paupertate degunt, et qui divitiis affluent, et domini et servi, et principes, et qui eorum parent imperio ».

The second passage is from St John Chrysostom. The bishop first defines the *Dominica cena* as the Supper proper to the Lord:

« *Quia Dominica cena, id est, quod Domini est, commune debet esse.* Quae enim Domini sunt, non huius quidem famuli sunt, illius vero non item, sed in communione omnium. Dominicum ergo hoc dicit quod commune est ».

He then continues his Commentary and stresses the fact that the Corinthians had not understood St Paul's teaching concerning the Eucharist. St Paul had been at pains to point out to the Church at Corinth that their Eucharistic celebration *is the same Supper* which Our Lord celebrated with his disciples on the night on which he was betrayed. The passage is as follows:

« Deinde *de cena illa* locutus, praesentia iis quae tunc erant coniungit: ut quasi in illa vespera, in eodemque strato recumbentes, et ipso Christo hoc sacrificium accipientes, ita et nunc affiantur; et ait: Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Sicut enim in pane et in calice dixit Christus, Hoc facite in meam commemorationem, causam nobis aperiens dati mysterii, et cum aliis hoc etiam dicens, ipsam nobis satis esse ad pietatis argumentum: cum enim cogitaveris quid Dominus tuus sit perpessus propter te, magis philosophus eris: sic et Paulus hic ait: Quotiescumque manducabitis, mortem eius annuntiabitis. *Et haec est illa cena.* Deinde cum ostendisset, quod usque ad consummationem illa maneat, ait Donec veniat ».

4. THE LITURGY

From the above survey it is evident enough that the four key concepts contained in article 7 of the *Institutio Generalis* have their roots both in Scripture and in Tradition, especially in the Roman tradition of the time of St Justin. In order to complete this survey

it is necessary to examine our early liturgical sources for the use of such key concepts. It would be tedious to list here the rubrics found in the *Ordines Romani* for Holy Thursday some twelve of which, dating from the eighth to eleventh centuries, indicate Holy Thursday by the rubric: *Feria Quinta in Cena Domini*. The same rubric is found in the Gregorian Sacramentary, and in the Missale Gothicum. A more striking example of the use of the word *Cena* in a eucharistic sense is found in a Preface of the ancient collection of Roman euchological formularies, known as the Leonine Sacramentary. The Preface is from the Mass for the feast of St John the Evangelist, and the text runs thus:

VD ... ut et in caenae mysticae sacrosancto convivio in ipsius
(i. e. Domini) recumberet pectore Salvatoris »;⁹

We can ask for nothing better than this liturgical text to demonstrate that this key concept: *Cena Domini* was used by the early Christian Church as an authentic expression of the Eucharistic Sacrifice.

HENRY ASHWORTH, O. S. B.

⁹ *Sacramentario Veronense* (Edit. C. Mohlberg) 1276.

Con Lettera della Segreteria di Stato N. 155694 del 27 febbraio 1970, il Card. Giovanni Villot ha fatto pervenire al Card. Benno Guti, Prefetto della Sacra Congregazione per il Culto divino, l'espressione del paterno gradimento e del vivo compiacimento del Santo Padre per l'invio del volume V, anno 1969, della nostra rivista. « Il Santo Padre, — dice la lettera — al quale il devoto omaggio è tornato particolarmente accetto, desidera, per mio mezzo, ringraziare Vostra Eminenza ed esprimere il Suo vivo compiacimento a quanti attendono alla rivista, la quale, con l'abbondanza delle informazioni, costituisce un utile strumento di collegamento fra codesto Sacro Dicastero e le Conferenze Episcopali, contribuendo, altresì, mediante frequenti ed opportune dilucidazioni, ad una retta interpretazione e ad una più proficua applicazione della riforma liturgica ».

« THE LITURGICAL CONFERENCE »

Pluries petitum est prius a « Consilio » postea ab hac Sacra Congregatione, praesertim post infaustas hebdomadas liturgicas habitas in Milwaukee (1968) et anno praeterito in Washington, an organisatio « The Liturgical Conference » dependeat a Conferentia Episcoporum Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, necne.

Notitiis a competentibus fontibus habitis, respondimus:

1) In « The official Catholic Directory » pro anno 1970, « The Liturgical Conference » inter associationes quae dependent a Hierarchia Catholica non amplius adnumeratur.

2) Occasione duarum praedictarum Hebdomadarum Nationalium, quae ab Associatione organizatae sunt, Episcopi sive Milwaukee sive Washington publice declaraverunt eorum dioeceses extraneas esse sive inceptui sive laboribus « hebdomadae ».

3) Nuper ut Societati daretur status plene oecumenicus (« full ecumenical status »), Societas sese dissociavit ab omni vinculo institutionali (« with no formal, exclusive, institutional ties »). Haec communicavit membris Societatis Rev. Joseph M. Connolly, parochus ex archid. Baltimorensi, Praeses Societatis.

Proinde, etsi Societas primis annis suaे vitae spem haud parvam aluerit pro recta ac efficaci instauratione liturgica, novissimo tempore tam longe a primaevō intento res moderata est, ut responsabilitas omnino dissociaretur ab Ecclesiae Pastoribus.

« The Liturgical Conference » habenda est ut Societas privata, propria responsabilitate induita. Eius publicationes et inceptus nullo modo Episcoporum Catholicorum auctoritatem secum ferunt.

A PROPOS D'UNE « NOTE » SUR LE DROIT LITURGIQUE DU MARIAGE.

Il est naturel, — et ce n'est pas étonnant, — que la publication des nouveaux livres liturgiques, dans lesquels se concrétise peu à peu la réforme voulue par le 2^e Concile du Vatican, suscite des impressions, des commentaires et des réactions diverses, chez ceux-là mêmes qui en comprennent la raison profonde.

Chacun a sa manière personnelle de voir les choses et, en relation avec elle, il exprime sa satisfaction ou sa déception, ses appréciations ou ses critiques.

Toute réalisation, même celle qui est le fruit de la collaboration d'experts en la matière, a ses limites, comme aussi a les siennes, évidemment encore plus réduites, tout critère ou tout point de vue personnel. Il faut cependant reconnaître que dans beaucoup de cas on a fait des observations très pertinentes, et que la S. Congrégation du Culte divin les a accueillies avec beaucoup de sérénité et de reconnaissance.

Quelquefois aussi on a reçu des réactions et des observations dont on ne saurait saisir la raison dernière.

C'est le cas de la « Note » parue dans le n. 99 de *La Maison-Dieu*, pp. 154-159, sous le titre de *Note sur le droit liturgique du mariage après la promulgation du nouvel « Ordo celebrandi matrimonium »*.

Après avoir brièvement relevé « les grandes qualités du nouveau rituel du mariage », et loué ceux qui ont travaillé à sa rédaction, l'auteur de la *Note* exprime son étonnement en face des termes du Décret préliminaire; étonnement, — à en juger par le ton, — qu'on dirait plutôt scandale. Il continue ensuite en suggérant comment, en toute rigueur de droit, le texte du décret aurait dû être rédigé ou devrait être complété.

Nous avons du mal à comprendre la logique et le sens juridique que montre l'auteur dans son exégèse du décret (ou mieux des décrets, puisqu'il remet aussi sur le tapis ce qui précède l'*Ordo Baptismi*).

Tout juriste connaît le principe fondamental de l'herméneutique juridique, selon lequel toute norme et tout mot doivent être interprétés « *in textu et contextu* ». B. F. essaie de faire dire aux décrets ce qu'ils ne disent pas et ce qui n'a jamais été dans les intentions de la S. C. pour le Culte divin. Celle-ci n'a pas du tout prétendu ni pensé que l'*Ordo*

celebrandi matrimonium, comme l'*Ordo Baptismi*, devait être utilisé provisoirement jusqu'à ...

Les deux nouveaux rites remplacent simplement ceux qui se trouvaient jusqu'ici dans le *Rituale Romanum*, et donc ils ne sont ni plus ni moins qu'une partie de la *nova Ritualis Romani editio* voulue par le Concile (Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 63 b). Il est donc hors de propos de parler de « provisoirement jusqu'à ... »: en effet, la *nova Ritualis Romani editio* sera le point de départ pour l'élaboration des rituels particuliers, les uns étant de simples traductions, des adaptations, d'autres étant au contraire, pour le cas du mariage, des rites nouveaux et propres.

On a donc l'intuition qu'en pratique l'innovation doit se faire avec l'adoption des rituels particuliers régulièrement approuvés, et que les rites jusqu'ici en usage ne sont pas remplacés *provisoirement* par les nouveaux Ordos, mais bien, et définitivement, par les nouveaux rituels particuliers. Tel apparaît le sens du mot *adhibeatur*, considéré dans son contexte.

Les nn. 12-18 des *Praenotanda* font partie du contexte proche: on s'y réfère aux dispositions conciliaires et on précise le droit de rédiger des rituels particuliers, et aussi, pour le mariage, de formuler un rite propre. B. F. voudrait voir ces rappels insérés dans le texte même du décret. Bien sûr, la chose aurait pu se faire; mais la pratique courante de la Curie romaine procède autrement: les documents (Constitutions, Motu proprio, décrets, etc.) sont souvent accompagnés d'Instructions qui en définissent la portée et les applications. Dans le cas présent, ce qui aurait pu être dit dans une Instruction conjointe est proposé dans les *Praenotanda*, nn. 12-18.

Enfin, le même B. F. reconnaît « qu'il ne faut pas prendre cette lacune au tragique » (p. 158), et qu'il suffit de lire attentivement les *Praenotanda* pour découvrir la vraie signification du décret. Une signification, comme on le voit, un peu différente de celle qu'il s'est efforcé de trouver.

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO C/C post. 1-16722

Editiones typicae novorum librorum liturgicorum

ORDO EXSEQUIARUM

Praenotanda – De typis exsequiarum adulorum

De exsequiis parvolorum – Textus diversi

1 vol., form. 17×24, pp. 92, L. 1.200 (\$ 2).

ORDO PROFESSIONIS RELIGIOSAE

Praenotanda – Ordo Professionis – Ritus promissionis – Appendix

typi rubro-nigri, form. 17×24, pp. 128, L. 1.800 (\$ 3)

ORDO MISSAE

LINGUA LATINA AD USUM FIDELIUM

Vol. linteo colectum, cm. 11 × 18,5, typi rubro-nigri, pp. 64, L. 600 (\$ 1)

TABELLA PRO MISSA

LINGUA LATINA AD USUM SACERDOTIS

Continens orationes dicendas in praesentatione donorum,
verba Institutionis et doxologiam finalem.

Tab. cm. 32 × 28, typi magni rubro-nigri, charta spissa, L. 250 (\$ 0,50)

TABELLA PRO MISSA

LINGUA LATINA AD USUM SACERDOTIS

Continens ritus initiales, liturgiam verbi et ritus conclusionis.

pp. 4, cm. 17×25, typi magni rubro-nigri, charta spissa, L. 250 (\$ 0,50)

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

COMMUNICATIONES

*Commentarium Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo aptas
opportunasque notitias praebere intendit cum Conferentiis Episcopalis tum iuris
canonici cultoribus:*

De Commissionis opera pro Codice Iuris Canonici recognoscendo;

De documentis a Sancta Sede latis,

quae ad leges Codicis apparandas pertineant;

Pro studiis iuris canonici fovendis ac provehendis.

*Il periodico della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto
Canonico si propone di fornire utili ed opportune informazioni sia alle Conferenze
Episcopali che agli studiosi di Diritto Canonico:*

Sull'attività della Commissione per la revisione
del Codice di Diritto Canonico;

Sui documenti emanati dalla Santa Sede
in riferimento alla preparazione delle leggi del Codice;
Per favorire il progresso degli studi di Diritto Canonico.

prodibit bis in anno et quoties utilitas id postulare videbitur

*Directio: penes Pontificiam Commissionem Codici Iuris Canonici recognoscendo
(Via dell'Erba, 1 - 00193 Roma)*

Administratio autem residet apud Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano

Pro commentario sunt in annum solvenda:

in Italia lit. 1.000, extra Italiam lit. 1.500 (\$ 1,80)

singuli fasciculi veneunt: lit. 500 (\$ 0,90)

Pro anno elapso 1969, lit. 2.000 (\$ 3,60)

ACTA CONVENTUS INTERNATIONALIS CANONISTARUM

Romae, diebus 20-25 maii 1968 celebrati

CURA PONTIFICIAE COMMISSIONIS CODICI IURIS CANONICI RECOGNOSCENDO

Relationes et Communicationes:

Theologia et Ius Canonicum; De personalitate canonica; Munus regendi et
potestas iurisdictionis; De Foro interno; Principium subsidiaritatis in Iure
Canonico; De conceptu et notione status religiosi; De consensu matrimoniali.

in-8°, pp. xxxiv-758, linteo coniectum, cum involucro coloribus illustrato, L. 8.500 (\$ 14,50)